

Ibi: Ex quibus expendere.

- 67 De hoc Bobadill. lib. 5. cap. 2. num. 94. Per. Greg. dict. cap. 10. num. 4. qui meminere legis Charonda, quam injustam monoculus quidam asserbat, eod quod sibi eruebatur oculus, quem unicum habebat, cum ipse duos habenti alterum tantum eruisset, quo majus detrimentum quam intulisset, sustinebat, quando quidem visu penitus privabatur, Simili ratione Locrensum lex dura nimis videtur, quoniam eruens oculum monoculo, si sibi duo suffodiantur majorem dolorem patitur, quam ille, quanquam uterque luce pariter orbatus existat, atque ita Talionis acerbitatem illa constitutio transgrediebatur.
- Ad Num. 6.
- 68 Reus, in aliqua arte, vel professione insignis, non est pena mortis, aut alia, per quam inutilis efficiatur, coercendus, sed Principe consulto, pena erit remittenda per Iudicem, aut commutanda; l. 1. tit. 32. part. 7. ubi Gregor. Lop. glos. 5. Ant. Gom. varior. lib. 3. cap. 13. num. 36. vers. Tertius casus, Marant. de ordin. judicior. part. 6. §. Executio sententia, nu. 60. Tiraquel. sup. caus. 50. num. 1. Clar. §. fin. quest. 60. numer. 26. Baëza de inop. debitor. cap. 16. in fine, Tusch. lit. E. conc. 486. num. 19. Cæpol. caut. 2. Carrer. in prax. tit. de homicid. §. 7. n. 72. Narbona in l. 35. glos. 5. num. 35. tit. 3. lib. 1. Recopilat. Farinac. in prax. q. 98. num. 134. Plaça de delict. lib. 1. cap. 33. num. 1. Aviles in cap. 1. Prator. verb. mandamientos, num. 24. Horat. de privileg. scholar. cap. 83. Villadieg. in Politic. cap. 3. num. 353.
- 69 Similiter nec poterit torqueri, si periculum sit, ut peritus moriatur, aut inutilis fiat, Ant. Gom. sup. Ghirland. tract. de questionib. & tort. cap. 6. nu. 9. 10. Gom. Vaio. in prax. lib. 1. cap. 23. num. 26. Villadieg. sup. Curia Philip. part. 3. §. Sententia 17. numer. 20. Farinac. quest. 41. numer. 88. ubi refert alios.
- 70 Excellentia autem artificis testibus est probanda, nec minus quam quindecim sufficiunt, Baiard. ad Clar. d. q. 60. n. 97. Farinac. cum aliis, d. q. 98. n. 139. & probatur ex l. unicusque 7. C. de proxim. favor. scrinior. lib. 1. 2.
- 71 Limitatur præcedens conclusio, si propter seditionem, latrocinium, aliudve crimen simile veniat puniendus reus, nam magis Reipublicæ moribus nocebet, quam arte proficiet. Farinac. d. q. 98. num. 135. Baiard. n. 98. Tiraquel. n. 2. Cæpol. caut. 3. Vaio ubi proximè.

Ibi: Ego verò existimo.

72 Docent communiter DD. necessarium Principem esse consulendum à Judice, maxime post sententiam ad hujusmodi commutationem, vel remissionem pœnæ; ut ex nuper allegatis constat. Sed Clar. dict. num. 26. Farinac. n. 138. & alii distinguunt inter superiores Judices, & inferiores, atque ita intelligendum est, quod in præsentî tradit D. Covarr. de supremis Judicibus.

Ad Num. 3.

73 Fur pro primo furto nequit de jure capite plecti, aut membro mutilari, sed arbitrio Judicis ultra pœnam pecuniariam corporaliter est puniendus, Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 295. n. 7. & n. 8. Ant. Gom. dict. lib. 3. cap. 5. numer. 4. Gregor. Lop. in l. 18. glos. 5. tit. 14. part. 7. Guttier. de delict. q. 154. num. 33. 34. Clar. in prax. §. Furtum, num. 7. Pet. Gregor. syntagmat. lib. 37. cap. 2. num. 7. Farinac. in prax. quest. 23. num. 5. Tusch. lit. E. conc. 564. num. 6. Peguera decis. 27. num. 1. Cevall. commun. tom. 1. quest. 741. num. 1. Pichard. plures cumulans in manu dition. ad prax. part. 3. §. 4. lit. F. num. 60. 61. Boër. decis. 173. num. 7. Quod limita cum furtum sit aleatori tempore, quo luditur, juxta l. 1. ff. de alea usu, & aleatorib. ubi Alberic. n. m. 3. Florian. num. 5. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 23. n. 101. quia nulla pœna subtrahenti infligitur. Quid de furto maximo, vide infra num. 91. 92.

74 Præmissa conclusio non obicit si furto aliud admittatur delictum, tunc enim etiam pœna mortis pro primo furto poterit imponi. Sic furripens rem Sacram de loco

Sacro, sine distinctione capitis pœnas dat, nisi rei parvitate, aut minore ætate excusetur, Farinac. quest. 172. num. 11. Menoch. sup. cas. 389. num. 1. cum seqq. Bart. in l. sacrilegii pœnam, ff. ad leg. Jul. peculatur. Boff. in prax. tit. de sacrileg. num. 6. Thom. Delbene de immunit. Ecclesiast. tom. 1. cap. 1. dub. 1. sect. 4. in fine, Greg. Lop. in l. 18. glos. 9. tit. 14. part. 7. Anton. Gom. num. 11. Sic etiam furans quinque solidos, ultimo supplicio damnatur, cap. 1. §. Siquis quinque de pac. tenend. & ejus violat. in usib. feudor. quia per tale furtum pax violabatur, ut notant omnes fere, quos num. præcedenti laudamus, pluresque asserunt de consuetudine illud non servari. Sic abigei summo supplicio afficiuntur, quamvis semel tale crimen admiserint, ubi illuc frequenter solet patriari, l. 19. tit. 14. part. 7. l. 1. ff. De abigeis, ubi qui sint abigei, juncta l. 3. eod. tit. Ita Ant. Gom. numer. 13. Pichard. lit. Anum. 1. Per. Greg. dict. lib. 37. cap. 5. Alius casus recenset l. 18. tit. 14. part. 7.

Grassatores verò; qui in mari, vel terra ex proposito 75 ad depradandum se constituunt; pro primo delicto, nisi mors hominis subsequatur, suspendi non debent; nam frequentia maleficii desideratur, sed aliter Judicis arbitrio coercendi sunt jure communi attentio, l. capitulum 28. §. Grassatores, ff. de pœn. Greg. Lop. in dict. l. 18. glos. 6. Boër. decis. 173. num. 7. Ant. Gom. nu. 10. Tusch. lit. E. conc. 564. n. 20. Molin. de iust. & jur. tom. 3. disp. 69 §. numer. 31. Guttier. sup. quest. 156. ex num. 3. Peguera decis. 40. num. 6. Farinac. q. 167. num. 24. Sed dubium inter Nosstrates est, utrum per l. 18. tit. 14. part. 7. jus commune sit correctum, ita ut latrones isti & piratæ pro primo admisso, etiam citra necem hominis suspendi debeant: Affirmant Ant. Gom. ubi proximè, Avil. sup. in dict. cap. 1. verb. derechamente, num. 15. Azeved. in l. 7. num. 108. tit. 11. lib. 8. Recopilat. Salazar. de usu & consuetud. cap. 5. num. 24. Contrarium verò placet Gregor. Lop. in d. l. 18. glos. 6. 7. Molin. ubi proximè, Guttier. qui bene probat, ubi sup. a num. 7. Si verò bis latrocinium perpetrent, summum supplicium indistinctè iustinebunt, Molin. n. 30. Ant. Gom. cum aliis, d. num. 10. Guttier. num. 7. Greg. Lop. sup. Sufficitque sola aggressio, Guttier. cum aliis, num. 9.

76 Fures itidem, sive effraçtores, qui rupto pariete, vel ostio domos violenter furandi causa ingrediuntur, pro primo furto morti non sunt tradendi, sed Judicis arbitrio plectuntur; Farinac. num. 27. Guttier. quest. 157. num. 4. Ant. Gom. num. 12. Molin. num. 27. Gregor. Lop. in l. 18. glos. 8. Pet. Greg. d. lib. 37. cap. 14. n. 2.

Ibi: Dicitur autem latro famosus.

77 Quis dicatur famosus latro? non omnino expeditum est propter opinionum varietatem; de quo latissimè per Farinac. quest. 166. ex num. 7. Decian. tract. crimin. lib. 9. cap. 29. Guttier. dict. quest. 156. a numer. 2. Gregor. Lop. in dict. l. 18. glos. 5. & licet non pauci sentiant, eos solos latrones censeri, qui spoliis non satiati, spoliatos interficiunt, juxta illud Horatii, epistol. lib. 1. epist. 2. Ut jugulent homines surgunt de nocte latrones. Verius tamen est ac communius, omnes, qui vias publicas obsident, cum armis, ut iter facientibus bona auferant, quamvis non occidant, latrones nuncupari, qui à consuetudine latrocinandi famosi appellantur. Verum juxta d. l. capitulum, §. Famofos, asseverari potest, famofos etiam dici ob enormitatem facinoris, illos, qui, vitam cum bonis auferunt. Plura jura, in quibus latronum mentio fit, cumulantur in lexico. jur. verb. latrones, ubi unde dicti sunt, nempe à latendo.

78 Hinc fit, ut quanquam cum D. Covar. in præsentî, multi doceant latronem famosum esse, qui sæpe clanculum furatur; tamen tenendum est, hunc furem famosum esse, non latronem, quia per repetitionem ejusdem actus furtum in latrocinium, quorum natura diversa est, transire non potest. Notant Angel. in l. Prator ait, §. Adversus ff. de sepulch. violat. Guttier. ubi proximè, Greg. Lop. d. glos. 6. Molin. num. 8. Farinac. q. 167. num. 5. Bald. in d. Auth. sed novo jure, C. de serv. fugitivo. num. 3. notab. 30.

Ibi: imò pro secundo furto apud Hispanos.

- 79 Hanc legem Fori imponentem pœnam mortis pro secundo furto, in usu non esse profitentur Azeved. sup. n. 94. Guttier. q. 154. n. 45. Greg. Lop. d. glos. 5. col. 3. vers. Pro secundo vero furto, Ant. Gom. n. 6. in fine, Molin. n. 12. quamvis in Regno Neapolitano servetur constitutio, ut pro duobus furtis noctu commissis, de rebus, etiam vilissimis, ut gallinis, reus moriatur; ut refert post Afflicti Caball. resolut. crimin. cas. 19. in fine, quod sibi durum videtur.
- 80 De jure communi pro secundo furto pœna aggravatur Iudicis arbitrio præter mortem, aut membri mutilationem, Greg. Lop. d. glos. 5. in fine, Azeved. nu. 93. Ant. Gom. ubi proximè, Molin. n. 7. vers. Dispositionem, Farinac. dict. quest. 167. num. 42. & 44. Cantera in questionib. crimin. c. 8. num. 10. Quamvis alij contradicant, quos recenset Farinac. num. 43. Lege Regia pro secundo furto pœna mortis infligitur, si belli tempore committatur, l. 6. tit. 28. p. 2. ubi Greg. Lop. glos. ult.

Ibi: Sed priorem sententiam sequitur.

81 Quamquam verum sit, de jure communi fures non teneri ad pœnam capitis pro tertio furto, quia d. l. capitulum, §. Famofos, ad eos non spectat, ut constat ex dictis proximè, n. 78. tamen de generali consuetudine apud omnes fere gentes observatur, ut qui triplex furtum admiserit, suspensio pereat, ita tenent Greg. Lop. d. glos. 5. Menoch. sup. cas. 295. n. 17. Ant. Gom. n. 7. Clar. d. §. Furtum, n. 8. Guttier. q. 154. n. 48. Farinac. q. 23. n. 4. & q. 167. n. 48. Azeved. num. 95. Baiard. ad Clar. ubi proximè, num. 27. Molin. ubi proximè, & num. 8. Caball. sup. n. 2. Cantera, d. n. 10. vers. Nunc est videndum, Tusch. lit. E. conc. 564. num. 16. cum seqq. Per. Greg. d. lib. 37. cap. 2. n. 3. Peguera decis. 16. num. 3. Fachin. controversiar. lib. 9. c. 91. in princip. Pichard. sup. d. §. 4. lit. F. num. 61. Mascard. de probat. conc. 88. n. 6. Vulpel resp. 16. n. 3.

82 Quæ conclusio debet temperari, primo ut non procedat in furtis rerum vilium, contemptibilium, & pro quibus perdurum esset, morti hominem tradi Molin. num. 8. vers. In Regno, l. al. in l. si servus, num. 6. ff. de condit. caus. data, Caball. sup. n. 3. Tusch. ubi proximè, num. 27. Azeved. n. 107. Vulpel. sup. n. 5. Cæpol. in Auth. sed novo jure nu. 94. Greg. Lop. ubi proximè, col. 3. Farinac. n. 79. Guttier. n. 49. Ex quorum mente videtur necessarium, ut tria illa furta sint circa res æstimatione dignas; siquidem nec pro furto exiguo licet corporalem pœnam imponere, ut resolvunt Greg. Lop. d. glos. 5. col. 3. Molin. n. 12. vers. Conveniunt, Guttier. nu. 40. Salazar. sup. d. c. 5. n. 20. vers. Verberandis verò. Sed pro tribus furtis etiam parvis ad mortem reum damnari posse, quia consuetudo attenditur, & non quantitas, defendunt Menoch. ubi proximè, Joan. de Platea in l. 1. C. de grege dominici. lib. 1. 1. & alij apud Farinac. num. 80. A priori tamen opinione recedendum non est.

83 Secundo, temperari in furtis impropris, & interpretativis, ut cum commodatarius, aut depositarius re commodata, aut deposita contra domini voluntatem utitur; nam et si hi furtum admisisse dicantur, §. Furtum autem, Inst. de obligat. q. ex delict. nascunt. hæc furta ad pœnam mortis inferendam minime computantur, Farinac. cum alijs n. 84.

84 Tertio, in furtis eodem tempore commissis; nam tria furta debent esse distincta, diversisque diebus patrata, Farinac. n. 71. Azeved. n. 111. Molin. n. 8. vers. In Regno, ad finem; Boër. decis. 219. n. 3. Tusch. d. conc. 564. n. 29. Menoch. n. 20. Clar. n. 14. Cæpol. sup. n. 95. Guttier. q. 155. n. 6. quamvis teneat tria furta eodem die admissa sufficere, ut quis capite damnetur, si diversis temporibus, & non continuè fiant, pro quo allegat Didac. Perez in l. 7. glos. azares, vers. Sicut siquis pluries furtum, tit. 10. lib. 8. Orainam. Sed verius credo, quòd ad inducendum consuetudinem furandi, desideratur, ut saltem nox inter delicta interponatur; nam actus, qui eadem die fiunt; moralem continuationem videntur habere.

85 Quarto limitatur, quando agitur de punitione primi furti; quoniam postea commissa non considerantur ad pœnam mortis imponendam, Greg. Lop. col. 3. ad finem,

Molin. ubi proximè, Bertaz. conf. 39. num. 20. lib. 1. Ant. Gom. n. 9. vers. Sed his non obstantibus, Farinac. num. 60. Guttier. ubi proximè, n. 5. Tusch. lit. S. conc. 560. n. 22. à quibus discedit Baiard. ubi sup. n. 24.

Ibi: Quæ obinet etiam si prima furta.

86 Conclusio principalis ampliatur, etsi duo prima furta satis fuerint punita, Farinac. num. 64. Tusch. ubi proximè, n. 60. Guttier. num. 4. Cantera d. nu. 10. Cæpol. n. 100. Greg. Lop. sup. vers. Et adverte, Azeved. n. 106. Ant. Gom. n. 9.

Ibi: Idemerit observandum.

87 Quamvis in alieno territorio reus duo prima furta commiserit, jure ad mortem damnatur per Iudicem loci, ubi tertium patravit; nam incidenter de illis ad aggravandam pœnam cognoscit. Ita Ant. Gom. n. 8. Menoch. n. 18. Farinac. n. 51. Guttier. n. 1. Boff. in prax. crim. tit. de furt. n. 25. Molin. d. vers. In Regno, Baiard. n. 54. Azeved. n. 105. Tusch. n. 19. 24. Clar. n. 10. Canter. ubi proximè. Quicquid alij sentiant, quos refert. Farinac. n. 52.

88 Idem erit observandum, si duo prima furta per gratiam fuerint à Principe remissa, adhuc enim pro tertio furca suspendi potest fur, Molin. ubi proximè, Azeved. n. 107. Tusch. d. conc. 564. n. 31. Clar. n. 12. Guttier. n. 3. Menoch. n. 19. D. Covar. infra, cap. 10. n. 3. vers. Caterum. Aliud verò est si per sententiam fuisset absolutus, quia de illis curandum non est, iterum cognoscendum, Farinac. n. 8.

89 Similiter punietur, quamvis actio, vel accusatio furtorum præcedentium, tempore sit præscripta, Molin. dict. n. 8. Anton. Gom. n. 8. ad fin. Guttier. n. 2. Bal. in Auth. sed novo jure, n. 4. C. de serv. fugitivo, Farinac. n. 62. Clar. in prax. §. fin. q. 51. n. 7.

90 Tandem ad hoc, ut fur suspendatur, necesse non est ut de duobus furtis sit jam damnatus, sufficit enim, quod cum de tertio agitur, illa probentur: Ant. Gomez n. 9. Baiard. sup. n. 69. Guttier. n. 5. Molin. ubi proximè, Farinac. n. 68. qui n. seq. contrarium sentientes laudat.

Ibi: Sic sane quibusdam visum est.

91 Utrum pro primo furto maxime quantitatis liceat pœnam mortis infligere? maxime controvertitur; & partem affirmativam cum his, quos in præsentî, C. Covar. laudat, teneat etiam Menoch. d. cas. 295. n. 9. Cabal. latissimè probans cas. 18. a n. 4. Bernard. Diaz in prax. cap. 90. col. 3. ubi de consuetudine servari in Hispaniæ Tribunalibus asserit; Alciat. in cap. cum non ab homine, notab. ult. de judic. Peguer. decis. 27. n. 8. qui de praxi in Catalonia testatur, Montalv. in l. 6. glos. 1. tit. 5. lib. 4. for. Padilla in l. transigere, n. 12. C. de transact. dicit magis communem esse, Salon. de iust. & jur. colum. 1340. 1341. Cevall. tom. 1. q. 741. n. 6. Guid. in d. Auth. sed novo jure, Pichard. ubi sup. & alij apud Segura in l. Imperator n. 133. ff. ad Trebellian. Quod autem magnum furtum dicatur? judicantis arbitrio relinquatur; Azeved. n. 104. Cevall. n. 7. Menoch. n. 10. Marfil in l. questionis modum, n. 48. ff. de questionib. Peguer. ubi proximè, n. 11. Guttier. n. 8. Ant. Gom. n. 7. in fine.

Ibi: Ideo contrarium plerisque placuit.

92 Sed contraria sententia, & sic quod pro primo furto cujuscunque quantitatis nequeat pœna mortis imponi, ut benignior, ita apud Interpretes frequentior est, quam amplectuntur Farinac. q. 23. num. 3. Ant. Gom. ubi proximè, Fachin. d. cap. 91. in fine, Guttier. q. 154. n. 52. vers. His tamen non obstantibus, Roland. conf. 51. ex n. 43. volum. 1. Clar. n. 9. Molin. n. 9. Star. in addit. ad Ant. Gom. d. n. 7. lit. D. Padilla, ubi proximè, Greg. Lop. d. glos. 5. col. 4. vers. Similiter ex ista lege, Salaz. d. cap. 5. n. 20. vers. Duplici ignitur, Vulpel. d. resp. 16. n. 1. Azeved. num. 103. Tusch. d. conc. 564. num. 46. Vela de delict. cap. 12. vers. Sed si numm, Salead. ad Bernard. Diaz. d. cap. 90. Quælada in suis questionib. cap. 19. ubi latè, Aviles in cap. 1. Prator. verb. derechamente, a num. 13; & plures alij. Quæ opinio tunc proculdubio procedet, cum furtum



furtum non est qualificatum, sed simplex; nam est furti poena iure communi sit arbitraria, Farinac. d. quæst. 167. n. 7. Azeved. n. 90. Olan. in amon. iur. lit. F. num. 132. Pichard. n. 61. Judexque possit usque ad mortem poenam irrogare, ut latè probat Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 86. per totam, & est communis opinio, ut constat ex mox referendis; tamen hoc non prodit, quando lege prohibetur, ne ultimum supplicium inferatur, prout in d. Aub. sed novo iure, C. de serv. fugitiv. Menoch. ubi proxime, n. 3. Iud. multis communiter contra Menoch. placet, arbitrium usque ad mortem extendere, Judici non licere, ut videtur est apud Farinac. q. 17. ampli. 12. Guazzin. defens. 33. cap. 16. nu. 1. Cabal. sup. cas. 92. num. 3. Ceval. q. 304. Sed hoc iudicibus, inferioribus solum vetitum ait re. d. Guazzin. ex Maur. Barg. in tract. de mod. procedend. ex abrupto, q. 24. n. 274.

Ibi: Quo fit, ut licet Alexander.

93 Licetum esse pro simplici furto poenam mortis statuere, probant Lelli de iust. & iur. lib. 2. c. 9. dubit. 2. num. 4. Tusch. de conc. 564. num. 30. 36. ubi quod furtum debet esse non parvum, Molin. de disp. 695. num. 1. qui scilicet sententiam suo Authore indignam appellat, n. 8. vers. Quamvis, Guttier. d. quæst. 134. n. 48. in fine, Salon. sup. col. 1340. Valent. in 2. 2. tom. 3. disp. 8. de homic. punct. 2. vers. Sed ista sententia, Becan. de iust. in quæst. 64. D. Thom. q. 3. n. 4. Bonacin. in summ. 10. 2. tract. de restitut. disp. 2. q. ult. punct. 2. num. 1. vers. Respondetur.

Ibi: His accedit quod licitum sit,

94 Est de fide, licere maledictores publica Autoritate perimere, Exod. 22. vers. 18. Maledictos non patieris vivere, Psalm. 100. vers. 8. In mariino interfectam omnes peccatores terra, ut disperderem de Civitate Domini omnes operantes iniquitatem. Paul. ad Roman. 13. vers. 4. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat: Dei enim minister est vindicæ in iram ei, qui malum agit, & qui malos, 29. c. Rex debet. 40. 23. quæst. 5. Valent. sup. vers. itaque circa, Victor. in relect. de homicid. ex n. 15. Becan. n. 1. Aragon. de iust. & iur. q. 64. de homicid. art. 2. vers. Hic, ergo interpretationibus, Bonacin. n. 1. Molin. d. n. 1. Dicastill. de iust. tom. 1. lib. 2. tract. 1. disp. 10. a. n. 3. ex quo reprehenditur error Lactantii Divinar. institut. lib. 6. cap. 20. ubi asserit, nunquam permissum esse, absque peccato, hominem interficere.

Ibi: Nam quod fures.

95 De poenis in fures apud diversas gentes statutis, latissimè agunt Menoch. d. cas. 295. Pet. Gregor. sup. lib. 37. cap. 2. Molin. d. disp. 695. Gutter. quæst. 154. Farinac. q. 107. Henric. Bocet. d. furto. poen. Azev. in l. 7. tit. 11. lib. 8. Recopilat. Greg. Lop. in d. l. 8. tit. 14. p. 7. in glos. magna, Vela, de delict. cap. 12. Ant. Gom. variar. lib. 3. c. 5. a. n. 4. Ex quibus quædam utilia, aut singularia sunt observanda.

96 In primis poena furti de iure Canonico est, ut præter infamiam, quæ semper contrahitur, Clericus deponatur, & si non respiciatur, excommunicetur, anathematique percussatur; quod si ad correctionem non proficit, Brachio traditur seculari, ut dignè puniatur, c. cum non ab hmine 10. de iudic. c. Presbyter. 81. dist. 16. tit. 6. p. 1. ubi Greg. Lop. glos. 2. Molin. n. 26. Bernard. Diaz. in prax. c. 93. ubi Salzed. lit. A. Pet. Gregor. n. 23. Aldrete, de religiof. disciplin. tuend. lib. 2. c. 16. §. 1. n. 8. Farinac. n. 9. Major, de irregularit. lib. 5. cap. 8. num. 1. Guttier. fusc. q. 161. per totam. Hæc tamen in levibus furtis minimè procedunt, ut notant Guttier. Molin. Greg. Lop. sup. Abbas, in c. tua, de poen. & omnes communiter. Et quæquam Clericus tradatur seculari Brachio, mitius cum eo, quam cum laicis agendum est. Molin. ibidem.

97 Sed si Clericus latrocinium perpetraverit, deponitur, ac in monasterium arctum ut poenitentiam agat, detruditur; c. tua 6. de poen. ubi Panormitan. Sylvest. in summ. verb. Degradatio. Farinac. sup. & in fragment. crimin. verb. Cleric. a. num. 316. Molin. n. 3. Hostientis in d. c. tua, Torrecremat. in d. cap. Presbyter. Pet. Greg. sup. & alii apud Guttier. omnino videndum a. num. 4.

98 De iure nostro Regio, omiſſis, quæ antiquitas observabat, quæ hodie in praxi recepta sunt, breviter exponamus; Qui igitur alienam domum furandi causa introierit, aut

aliter furtum admittere tentans deprehendatur, Judicis arbitrio punitur, quod in iuxta jus commune verum est, Molin. n. 11. Bald. in l. si quis non dicam, in 3. opposit. C. de Episc. & Cler. Menoch. sup. cas. 360. n. 62. Si delictum perfecit nulla qualitate aggravatum, pro prima vice fur ad ignominiam publicè traducitur, tremibusque in sexennium mancipatur; quod si in Curia furtum fiat, huiusmodi poena ad octennium protelatur, l. 9. tit. 11. lib. 8. Recopilat. Quamvis contra hos fures poena mortis sit stabilita, lib. 1. tit. 23. eod. lib. Pro secundo furto reus ad centum flagelli ictus publicè sustinendos, perpetuoque remigandum damnatur; quod si intra Curiam delictum fiat, ictus duplicantur, l. 7. tit. 11. lib. 8. Recopil. Ad quod necesse est, ut utrumque furtum in Curia admittatur, ut notat Guttier. d. q. 154. n. 47. Pro tertio iuxta communem consuetudinem, furcarum poena imponitur, Ant. Gom. n. 7. Greg. Lop. ubi sup. d. glos. 5. col. 3. Guttier. num. 48. Azeved. n. 95. Molin. n. 16. & alii Regni colæ, qui de tertio furto distinctè loquuntur; nam quæ ad hoc nihil specialiter apud nos cautum reperitur. Poena verò pecuniaria dupli, quadrupli, aut novenarum, in usu non est, Molin. n. 12. Azev. n. 97. Ant. Gom. n. 5. Guttier. n. 34. 36. Imo expressim sublata est per d. l. 9. Recopil. poena septupli, quæ Felco applicabatur (nam dupli ad Partem lætam spectabat, Guttier. n. 36.) Quæ aliter se habent, quando furtum fit rei minimæ, propter quod poena corporalis non infligitur, sed fur pecunia mulctatur, aut in vinculis publicis detinetur, Molin. n. 12. vers. Conveniunt. Azeved. n. 107. Guttier. n. 40. Videas, l. 16. tit. 11. lib. 5. Recopilat. quæ poena pecuniaria furi irrogatur, & l. 5. tit. 17. eod. lib. ubi stabilitur, ut furti-piens ea, quæ ad culturam agrorum deseruiunt pro uno, undecim pendat; lib. 2. tit. 12. eod. lib. Quid in fures iure Lusitano decretum sit? docet Molin. num. 4.

De poenis eorum qui in itineribus publicis grassantur, 99 agit in l. 3. tit. 13. l. 6. tit. 23. lib. 8. Recopil. de quibus per Guttier. q. 156. per totam. De eis qui per vim domos alienas furandi causa ingrediuntur, in l. 6. tit. 5. lib. 4. for. l. 74. styli, & apud Guttier. q. 157. Greg. Lop. d. glos. 5. col. 4. Ant. Gom. num. 12. & quamvis isti, & latrones ultimo supplicio sunt afficiendi regulariter, tamen nisi propter immanitatem sceleris Reipublicæ interfit eos interfici, Judices mortis poenam debent commutare, eos ad tremes damnantes absque partis offensæ præiudicio. Ita cavetur lib. 8. tit. 11. lib. 8. Recopil. notat Guttier. ubi proxime, numero 12.

Jam aliqua de exteris attingamus. Draco, acerbis Atheniensium Legislator, pro primo furto rei etiam minimæ, mortis poenam stabilivit, quæ tamen postea per Solonem in pecuniariam fuit commutata, Aul. Gell. lib. 11. noct. Atticar. c. 18. Farinac. d. q. 167. n. 2. Pet. Greg. sup. lib. 37. c. 2. n. 9. Menoch. d. cas. 295. n. 1. Lege duodecim tabular. fures manifesti nocturni occidi impunè poterant, nec non diurni si se telo defenderent; deinde ni occiderentur privata autoritate, publica verberati & hincbantur ei, cui furtum fiebat: servi verò verberibus affecti è saxo præcipitabantur, Gell. ubi proxime: Jacob Rævar. ad leg. duodecim tabul. c. 26. de furti. Attii furem lapidibus obruebant, Pet. Crinic. lib. 3. de honest. disciplin. c. 13. Menoch. nu. 4. Guttier. num. 20. in Provincia Carintia consuetudine obtinuit, ut suspectus de furto suspendatur, post cujus obitum de causa cognoscitur; Ant. Silv. ubi c. 20. Europ. Apud Lycios fur servus efficitur, Stob. ubi supra, Locrenses ob furtum oculis privabantur, Heracl. in Politis Polit. Locrens. Pet. Gregor. num. 10. Apud Scithas nullum gravius peccatum furto, Bonfin. lib. 2. dec. 1. In Gallia pro primo furto ultra fustigationem aures absconduntur, Pet. Greg. n. 11. In Anglia ex constitutione Regis Henrici VII. qui semel furtum admisit probatur, in manū sinistra sub pollice inuritur lit. T. nam quod Anglos theob. fur dicitur; si iterum furetur, debitas poenas det: Polydor. lib. 26. Angli. histor. Pet. Greg. num. 18. Guttier. n. 33. Actifanes Ægypti, & Æthiopiæ Rex stabilivit, ut furibus nates amputarentur, sicque mittebantur in regionem desertam & valde incommoatam, ubi urbs fuit inædificata, quam eo quod ejus habitatores naribus carebant, Rhinoceram dicebant, Diodor. lib. 2. Biblioth. cap. 1. Pet. Gregor. num. 11.

num. 11. Baetrianorum furantes sputis dehonestabant, Pet. Crinit. & Menoch. ubi proxime. Sed furra impunita omnino relinquuntur contra jus naturale apud Nationes aliquas, ut Ægyptios; Samios, Perlas, imo apud Lacedæmonios laudabilia erant non ob turpe lucrum sed quia ita expedire putabant, ut adolescentis idonei ad bellum redderentur, nam assuetudo, solertiaque furandi eorum animos acuebat, & obfirmabat ad insidiarum actus, ad vigiliarum tolerantiam, obrepente celeritate, Gell. d. cap. 18. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 10. Plutarch. problemat. 168. Menoch. num. 23. Heracl. sup. in Polit. Lacedæmon. Guttier. n. 17. cum seqq. Farinac. d. q. 67. n. 3.

Ad Num. 8.

101 Licere iudicibus, iustis de causis poenas legales temperare, vel transgredi, probant l. quicum major 14. §. si iamen, ff. de bon. libertor. l. in servorum 10. §. 1. l. hodie 13. ff. de poen. Pet. Greg. lib. 33. cap. 27. n. 2. Tiraquel. de poen. temper. in prax. nu. 16. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 21. n. 30. Ceval. de ordin. iudicior. part. 4. num. 65. Caball. resolut. crimin. cas. 11. n. 8. Guazzin. de defension. reor. defens. 33. cap. 17. numer. 1. Ant. Sola ad constitution. Sabaud. tit. de fals. Notar. glos. ult. n. 12. Paz. in prax. tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 12. num. 97. Marant. de ordin. iudicior. part. 4. num. 65. Farin. quamplurimos referens in prax. crimin. q. 17. n. 7. 10. Guttier. practicar. lib. 4. q. 46. ex n. 9. ubi latissimè Clar. in prax. §. fin. q. 85. num. 10. And. Gall. de pac. public. lib. 2. cap. 9. n. 22. Mynsinger. obseruat. cent. 2. obseruat. 30. n. 3. Sed ad id regulariter non tenentur, Felin. in cap. qualiter, el. 2. n. 43. de accusar. Avendan. in cap. 16. Prator. n. 11. Guttier. n. 40. quod in quibusdam casibus limitat Avendan. & videtur, quod ubi adit maxima intrinseca, & evidens causa, tenetur iudex poenam moderari.

102 Idem quoad poenas statutarias, ac consuetudine introductas, ex multis, docet Guttier. num. 27. 38. Farin. num. 11. 18. qui nu. 8. rationem præfatæ conclusionis docet: quia scilicet ex circumstantiis ita delicta solent immutari, ut vel levissima, vel immania fiant; quare cum sub lege nequeant omnes casus expressim comprehendendi, l. non possunt. 22. ff. de legib. jus iudicanti hoc tribuit arbitrium, quod poenam stabilitam pro facti qualitate exacerber, aut molliat, ut sic semper possit eam facinori commensurari. Hinc dicitur, omnes poenas iudici esse arbitrarías, Magon. Lucens. decis. 42. n. 21. part. 1. Guazzin. cap. 16. num. 2. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 12. n. 98. Farin. n. 27. ubi alii, quod verum est, iusta existente causa, alioquin iudex à legis sanctionibus resiliere prohibetur, poena infamiae, & aliis in ipsum statutis, Menoch. de arbitrar. lib. 1. qu. 96. a. n. 11. Tusch. lit. P. conc. 255. n. 55. Farin. cum multis, n. 5. & dictum est sup. hoc cap. ex n. 5. Guttier. n. 24.

103 Causæ autem, quibus moveri possit iudex ad poenas temperandas, traduntur latissimè à Farin. q. 87. cum multis seqq. Tiraq. in tract. de poen. temper. Clar. sup. q. 60. à princip. Bernard. Diaz. reg. 37. Guttier. n. 12. & ab aliis; quos laudat Farinac. d. quæst. 17. n. 10. & Bobadill. in Politic. tom. 1. lib. 2. c. 21. num. 147. & se duo millia earum cumulate restatur; qualitates verò, propter quas transgredi sanctiones legis possunt, acriusque in maleficos animadvertit colligere licet ex l. aut facta 16. ff. de poen. nonnullasque refert Farinac. q. 18. n. 63. & Gail. sup. n. 24.

Ibi: Quibus non obstat glossa.

Hanc Glossæ opinionem comprobare videtur Marcianus in l. 1. §. Sed non utique, ibi: Poena vero persequutio non eius voluntati mandat, sed legis auctoritati reservatur: ff. ad Turpillian. & eam tenent Glos. in l. Divus 31. ff. ad l. Cornel. de sal. Roman. sing. 207. incipit: Dixit Baldus: & in l. si verò, §. De viro, ff. solut. matr. Martil. in prax. crim. §. Diligenter, n. 179. Jal. in §. Ex maleficiis col. 2. Inst. de actionib. Grammatic. vot. 30. n. 14. Cæpol. in Aub. sed nove iure, n. 78. C. de serv. fugit. Roland. cons. 7. num. 45. vol. 1. Avendan. in c. 16. Prator. p. 2. ex n. 3. quibus accedere videtur Baiard. ad Clar. d. q. 85. n. 38. Sed à priori recedendum non est, si addit iusta causa intrinseca, quod si extrinseca sit, Princeps est consulendus, ut dixi sup. n. 72. & infra n. 110.

Ibi: Quia id verum est postquam iuxta legem

Judex post sententiam nequit poenam, quam iuxta legem irrogavit, inconsulto Principe augere, aut temperare, etiam si iusta intervenerit causa, l. acta 45. §. 1. l. iudex 55. ff. de sent. & re iud. l. 1. §. ult. ff. de qu. l. Divi 17. ff. de poen. l. 1. C. sentent. rescind. non poss. l. 2. §. 1. Cod. de sentent. ex periculo recitand. l. poenam 15. C. de poen. Glos. verb. onerasset in l. quid ergo 13. §. Poena gravior, ff. de iis, qui notant infam. Farin. d. q. 17. n. 61. Clar. ubi proxime, Gail. d. n. 2. Tusch. d. conc. 255. n. 7. Butr. in c. nisi specialis, de offic. delegat. Ant. Gom. var. lib. 3. c. 13. n. 36. Carrer. in prax. tit. de homic. §. Circa quantum, & ultimum, n. 19. Plaça lib. 1. c. 33. n. 5. in fin. Villad. de heretic. q. 17. n. 5. ubi limitat in crimine hæresis, nam Inquisitores possunt remittere, seu commutare poenam carceris à se impositam: quod probatur in c. ut commissi 12. vers. Nec non: de heretic. in 6. Baiard. de Clar. ubi proxime, n. 35. amplians quamvis poena in sententia non exprimitur, quia intelligitur imposita, quæ iure est statuta, iuxta l. 1. §. sed non utique, ff. ad Turpillian. & n. 32. probat post sententiam non esse locum transactioni de crimine, Guttier. n. 10. 11. & n. 13. limitat in poena pecuniaria, Pet. Greg. lib. 33. c. 27. num. 3.

Ibi: At prius, quam iudex sententiam ferat.

Judex ante sententiam, potest ex causa poenam legis restringere, vel ampliare, quamquam potestatem dispensandi in crimine non obtineat, Guttier. n. 10. Plaça sup. Farin. n. 25. & alii plurimi ex supra laudatis, & infra referendis, Est contrarium placuerit Carrer. sup. n. 18. Est tamen dubium, an omnibus iudicibus talis facultas concedatur: in quo oportet aliquos casus proponere, quemadmodum hac in re se habuit Menoch. d. lib. 1. q. 96.

Primus est, cum Princeps Superiorem non recognoscens sententiam fert, qui procul dubio poterit à poenis legalibus, intra rationis, ac iustitiæ metas recedere, quoniam omnes ipsi sunt arbitrarie, Cyriac. controvers. forens. tom. 1. controvers. 66. n. 1. Farin. n. 60. Ant. Sola d. glos. ult. n. 13. Caball. sup. cas. 294. n. 282. 293. cum seqq. Menoch. ubi proxime, n. 8. Quod adhuc post latam sententiam obtinebit, & hoc est absque controversia, cum ille possit in criminibus dispensare.

Secundus, de majoribus Magistratibus, ut Episcopis, Proceribus, Senatu Principis, & similibus; qui tamen facultatem dispensandi super delicto non habent, & aliquibus demptis, quorum supra meminimus, communiter admissum est; omnibus istis licere poenas legales in ipsa sententia pro facti qualitatibus immutare, ut videre est apud laudatos sup. n. 101. & alios quos refert ac sequitur Farin. n. 67. & nos statim recensebimus. Qui autem majores Magistratus dicantur? plenè explicat Guttier. n. 33. Ant. Sola supra num. 12. qui in vers. Secundum quantum, limitat prædicta post sententiam, & ita verum est.

Tertius est, in quo non levis est dissensio, de iudicibus inferioribus; & quod adhuc ipsi valeant poenas legis variare, iuxta suadente causa, tenent Ant. Gom. d. c. 5. num. 7. vers. Vnum tamen, Ant. Sola n. 16. qui sic practitari restatur, Bobadill. d. c. 21. n. 142. Tusch. sup. n. 6. Villadieg. in Politic. 3. n. 40. Guttier. nu. 31. & plurimi alii, quos in unum congerit Bobadil. n. 1; 9. lit. H. Contrarium vero etiam commune est, ut scilicet inferiores iudices teneantur Principem consulere, quoties iusta subit causa ad poenas lege præscriptas non irrogandas, Gail. d. n. 22. Menoch. ubi proxime, n. 18. 19. Bernad. Diaz. reg. 43. ver. Limita, Gratian. reg. 268. vers. Jura transgredi, n. 1. & alii quos refert Farin. n. 67. Ant. Sola n. 12. Bobad. n. 1; 8. lit. B.

Pro quarum opinionum conciliatione placet distinctio Clari, d. q. 85. n. 10. Farin. ubi proxime, & aliorum, nam poena potest augeri, aut minui ex causa intrinseca, vel extrinseca, primo casu, cum circumstantia influat in ipsum crimen, ita ejus malitiam in melius, seu deterius immutat notabiliter, ut si quis provocatus occidat, aut si servus, sive famulus in dominum delinquat, tunc iudex etiam inferior, Principe inconsulto, poterit rigoris habenas comprimere, vel laxare, nam hoc arbitrium à jure habet, cum ei necessario incumbat poenam pro modo admissi decernere, &